1166

Termino primo in poena Contumacis ex Regestri Ordine ac admissione Offi[cij] praesentis Iudex Condemnavit.

Plonsky **Lucrum**

Super Citationem Literalem Castren[sem] Capitan[ealem] Branscen[sem] teno[re] ut sequitur: Franciscus Ioannes in Ulocow Lemowodsky Branscen[sis] etc. Capitaneus Vobis Nobilibus Hieronimo filio Adami Lob Roskowsky Ioani olim Roszkowsky de Roskiewodki heredibus de bonis vestris generaliter omnibus vigore Regio et nostra Capitan[eali] authoritate Mandamus Ut in Terminis Querelar[um] ac Causar[um] Offi[cij] Capitan[ealis] Castren[sis] Branscen[sis] primo et peremptorie Compareatis Ad instantiam Nobilis Stanislai filij Thomae Plonsky Qui Vos Citat pro eo Quia vos non metuendo poenas in Constitutionibus Regni Descriptas quibus Thelonea in Palatinatu Podlachiae sunt sublata accepistis ab eodem Actore in Via libera bonor[um] Roski Wodki frameam valentibus Duodecim florenis Polon[icalibus] recipere et parate pecuniae Decem floren[is] Polon[icalibus] prout defacto recepistis et extorsistis per quod poenam Mille Marcar[um] Polon[icalium] succubuistis. Citans itaq[ue] Iudex dictis responsuri. Datum in Curia Regia Branscen[si] feria secunda post Dominicam Iudica Quadragesimalem proxi[ma] Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Cuius Citationis praesentes Copia sigillat[as] Ministerialis Regni Generalis Providus Baltazar Piotrowsky ab Una integra ante Terminum praesentem septimana in bonis Citator[um] praescriptis posuit et publicavit. De his Latori Officio praesenti Castren[si] Capitan[eali] Branscen[si] per Ministerialem Regni Generalem Nobilem Benedictum Pniewski Iurid[ice] clamat[is] et non comparen[tes] in lucro suo posito ex Regestri Ordine admissioneq[ue] Offi[cij] praesentis Iudex Condemnavit.